Legrand, Bibl. Hell. XV-XVI, 3, σ. 1-5

Τραπεζούντιος

(1)

Γεώργιος

Ὑπό Legrand περιγράφεται ἐνθ' ἀνωτ. (ἀριθ. 1) τό βιβλίον: «BESSARIONIS ADVERSUS CALUMNIATOREM PLATONIS». Εἰς ἀντίτυπον τῆς βιβλιοθήκης de Bourtoulin ὑπάρχει ἡ ἑξῆς χειρόγραφος ἀφιέρωσις: «BESSARION EPISCOPUS SABINUS CARDINALIS NICAENUS PATPIAPCHA CONSTANTINOPOLITANUS LIBRUM HUNC ADVERSUS GEORGIUM TRAPEZUNTIUM CRETENSEM DIVI PLATONIS CALUMNIATOREM SUO LUDOVICO MARIO PARUTO FERRARIENSI DONO DEDIT MEMORIAE & HONORIS GRATIA. ANNO CHR. M° CCCC° LXVIIII° PAUL. PONT. MAX. ANN. V°».

Ὁ Legrand δημοσιεύει ἐπίσης τήν ἑξῆς ἐπιστολήν:

«Franciscus Philelfus Bessarioni, cardinali Nicaeno et Constantino-

./.

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

pol. patriarchae, sal.

Haud scio quid optatius mihi potuisset iucundiusque contingere quam ea te usum beneficentia, pater reverendissime, quod me donatum abs te volueris pulcherrimo tuo illo eruditissimoque et eloquentissimo codice, quo Georgii Cretensis maledicta in philosophorum principem ac patrem Aristotelem, cognomento Platonem, non minus graviter ac vero quam acerrimis suisque rationibus refellisti evellistique radicitus. Et sum equidem non mediocriter miratus in id insaniae incidisse Georgium Cretensem, ut non modo incomparabilem summi viri doctrinam atque sapientiam non probarit, sed vitam etiam modestissimam ac pudicam et ab omni vetustate mirifice laudatam impudica arundine polluere se posse animum induxerit. Et, ut tibi ingenue fatear mei animi sententiam, non facile adducor ut credam usque adeo Georgium istum ab sese alienatum, ut mentiatur tam impudenter. Quod ut ita existimem ea moveor coniectura quod cuius maledici nomen in primordio tui